

Alte Drucke

**M. IOHANNIS FRAXINEI || G. THYRINGI IN || PRIMVM
PSALMVM REGII PRO-||PHETAE DAVIDIS DE VI=||RO BONO
ODA. || AD || CHRISTOPHORVM GOBELI-||um: Notarium ...**

Eschner, Johann

[S.I.], 1575

REGII PROPHETAE de viro bono Oda.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha3-1.148239

REGII PROPHETÆ

de viro bono Oda.

ARGVMENTVM.

Diuitia nobis præcipit clementia,
Studijs sacris incumbere:
Verbumq; sedulò mandare pectori
Cælestè; quod nos erudit.
Viamq; monstrat, & docet; qua maximo
Placeant patri, sequi.
Beatus ergò verè, & ille dicitur:
Cui lex amoris calica:
Cui per placet diem sacris consumere,
Noctemq; lectionibus.
Amplissimos metit fructus spe diuiti;
Mille experitur commoda.
Instar sed umbra protinus fex improba
Hominum interit turpisimè.

BEATVS VIR QVI NON: &c.

Beatus ille, qui procul negocijs
Semotus a nūm pessimis
Dagit: nec audit impiorum somnia;
Rationis aut subtilia

Effata

Effata suspicit: non ille liuida
Portenta ad astra laudibus
Effert. Beatus ille ter, vel optimus,
Cui displicet mos improbus:
Nec polluit se criminum contagio:
Maculamue inurit pectori.
Auidus nec imbibit venena subdola
Hypocritarum errantium.
Soliōne splendido tumens, pratorias
Dictat vafer sententias.
Aulasq; principum, ducumq; regias
Clamore falso personat;
Sua venditans inepta spectra, & somnia,
Rudibusq; fumos ciuibus.
Beatus iste ter, quaterq; dicitur;
Cui mens aperta, & candida.
Diuina sedulo legit volumina;
Rimatur & mysteria.
Vicijs procul iocisq; mundi lubricis;
Defixus ille lumina
Ad astra tollit: haurit & solatia:
Totusq; pendet maximi
Ab ore: culpa ducitur si paullulum
Recedat, aut neglexerit

B Præ-

Prascripta Numinis. diem seu Memmonis
Reducat almum filius;
Seu vesper accendat rubens crepuscula.
Vestigat hic volumina:
Moratur & libris piis sanctissimis:
Opibusq; præfert Indicis,
Crasiuè censibus Midæq; laminis
Auro refusis omnibus.
Similisq; palma floridæ; quæ consita
Stat ruulis loquacibus:
Caput exerit, comasq; iactat altius.
Prognata tellure aridâ
Matura pendit & colonofenora,
Superba censu diuiti.
Non defluunt honos, decusue: nec timet
Boreæ procellas horridi.
Hiemisue non veretur illa iniurias;
Aestusq; magnos Sirij.
Sic Numinis cultor vigore Spiritus
Perfusus intra pectora,
Extrema per pericla fertur: viuido
Ardetq; cor incendio.
Morumq; lumen edit, commodans satis
Professionis ciuib; Eiusdem:

Eiusdem: & optimum non inclemensia

Moratur aëris virum;

Pluviae, non hiems licet saevisima.

Aduersa celso pectore

Tolerat. Vigor nam Spiritus sanctissimi

Obsedit in apectora.

Non ille lethi horret feri discrimina,

Vel mille: non minas ducum.

Paratus adstat, exspectatq; Principis

Mandata sancta maximi.

Timidus ne futuri, aut exitus pius

Euentamittit arbitro

Rerum potenti. at interim non neglit

Mandata: curat omnia.

Diversa fors statusq; vita cernitur

In impijs DEI hostibus.

Studij calescunt improbis: non astimant

Deum vel esse maximum.

Igitur leuem cen dissipat puluisculum

Boreas vel Auster horridus:

Paleasq; turbo ventilat. sic impios

Diversum agit furor aetheris.

Terror em & incutit, metumq; comprimit,

Minas, cachinnos, fulmina.

Caput

Caput effe^rant potentes; atq^z iactitent

Homines leues potentiam:

Virtute pr^astent; laude, famâ, honoribus,

Crepent q^z sanctimoniam:

Certent vel angelis; vel internuncijs

Antiquioris seculi.

Sunt puluis ante Numen; & nil amplius;

Vel si quid esset vilius.

Igitur manent haud intra limites sua

Vocationis efferi.

Dant factionibus manus: sese implicant

Impura gens erroribus.

Cademq^z spirant optimorum, & sanguinem

Mendaciorum D^adali.

Studia inferuntur impiorum, obtemperant

Haud sana consult antibus.

Nil certi in ore: fluctuant ceu Pratheii

Opinionum somnijs.

Non obtinere vel locum docentium;

Manere & intra limites

Hos videris. tenentq^z vix primordia,

Res quando flagitauerit.

Scinduntur in diuersa: non manent loco,

Vnäue sede: & inuicem

Digla-

Digladiantur sese Erinnydum cahors;
Furia vel ipsa Daemonis.
At nota sunt DEO piorum & maximo
Studia; & probantur unice,
Quaecunq; suscipit gens scripta sedibus
Augustioris atheris.
Fouet labores optimos: mitissimo
Secundat omne Spiritu
Opus. beatq; vita cursum; & exitum
Obseruat instar luminis
Orbem. Impiorum sed mors atra funere
Acerba tollit agmina.
Pessumdat, obruit pudore: ad Inferas
Adigit domos iustissimus.
Nec parcit ulli: quamuis tangat athera
Feriatq; stellas vertice.
Deturbat hunc: thronoq; pellit arduos;
Iacetq; puluis. Nil super
Restat. Cadauer liuidum reponitur
Pheretro, cibusq; vermium.
Hac finis, exitusq;. Permanet malos
Aeternamors: Hoc primum.

B ij

EIVS-